ANGELOMUS LUXOVIENSIS
Salzburg, St. Peter, um 850/859 Seite 82v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

sem tuū in terra non sua & subiicient eos seruitutī.
& affligent quadringentis annis &c. Non sic ac
cipiendū est tamquā in illa durissima seruitute
quadringentis annis dī populus fuerit. sed quia
scriptum est in isaac uocabitur tibi sem. & anno
natiuitatis isaac usque ad annū egressionis ex
egipto computantur anni quadringenti quinq;
Cum ergo de quadringentis triginta detraxeris
xxv qui sunt a promissione usq; ad natū isaac.
Non mirū est si quadringentos & quinq; annos
summa solida quadringentos uoluit appellasse
scriptura, quae sol & tempora ita non cupare.
ut quod de summa pfectionis numeri paululum
excrescat aut infra ē. non conputetur. Non ita q;
qd ait in seruitutem redigent eos & nocebunt illis.
ad quadringentos annos referendū est tamquam
p tot annos eos habuerint in seruitutē. sed re
ferendi sunt quadringenti anni ad id, qd dictū ē.
peregrinū erit sem tuū in terra non propria.
Quia siue in terra chanaan, siue in aegipto,
peregrinū erat illud semen, ante quā heredi
tatem sumerent in terra. & promissione dī.
qd factū ē. Postea quā ex egipto liberata sunt.